Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 02.07.1720

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 28

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238062

(H C 209

Berolini, Jul. 11.
CIↃIↃCCXX.

28

VIR Summe Reverende,
Parens atque Praeceptor & animo colende,

Exoptatissimae TUAE literae heri vesperi mihi redditae sunt, nec mihi tantum, sed etiam Generosiss. Dominae meae, ipsiusque matri periucundae fuerunt. Benedictum sit nomen Domini, qui per omnem vitam nostram ~~usque~~ nobis adest, et beneficia beneficiis cumulat, quod TE cum comitibus universis incolumem Halam reduxerit. Haud dubie Generosiss. Dna de Kameke ad reginam deferet gratiarum actionem illam, quam literae TUAE continent. Precum officium non erit supervacaneum, praesertim cum partui vicina ~~[illegible]~~ vires suas prostratas esse conqueratur, adeoque status sui molestias experiatur. Placuit autem illi, ut, cum de tribus ~~illis~~ liberis sermo est, maxime cum Berolinensibus, ista cautio adhibeatur,

tur, ut alii de hoc pietatis officio non ita judicent, quaſi hoc illa quaeſiverit, ut pueri Reformati, quae patris erat religio, eripiantur, ac noſtris adjudicentur. Neque enim iſtiusmodi ſtudium, ſed pietas eius erga hos miniſtri ſui filios est, quae mota his ita proſpexit. Quod ſi ab aliis in ſiniſtram partem rapi non optat. Alumnus meus, quo interſtrepente haec ſcribo, cum plurima ſalute nunciat, ſe propediem ſcriptionis ſuae exemplar miſſurum eſſe. Saluto ex animo Tuos, VIR Summe Reverende, ſcripturus ad Dn. Franckium, niſi nunc urgerer. De caetero votis ſeriis peto a clementiſſimo noſtro Servatore, ut Te et Tuos, et Academiam et omnibus ſervet incolumem, et juſtitiae fructibus abundantem, quo nunquam deſint, quos Tua aedificet vita! Ego qui ſentio, quantopere hoc me deceat rogare, ex animo ſum, dum hoc Spiritu fruor,

VIR Summe Reverende,

Dn. Jonae, anteceſſor meus, ſalutem ſuam meis verbis adſcribi rogat.

Tuus

omni cultu et obſequio

Auguſtus John.

A Monsieur

Monsieur le Pro-
fesseur Franck.
Theologien tres celebre
a' Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle